Quelle: https://manuscripta.at/?ID=26105
Copyright: Admont, Benediktinerstift



indomo proximi: et homo periti confundetur apsona potentis. Stultus atten-
respiciet indomui: uir autem eruditus foris stabit. Stultitia hominis audire p
ostium: et prudens grauabitur contumelia. Labia imprudentium stulta na
rabunt: uerba autem prudentium statera ponderabunt. In ore fatuorum cor
illorum: et in corde sapientium os illorum. Vbi maledicit impius diabolum: male
dicit ipse animam suam. Susurro coinquauit anima sua: et in omnibus odiet
et quicumque manserit odiosus erit: tacitus et sensatus honorabitur. In lapide luteo
lapidatus est piger: et omnis loquentes super asinatione illius. Vestercore boum
lapidatus est piger: et omnis qui tetigerit eum excutiet manus. Confusio
patris est de filio indisciplinato: infilia autem indeminoratione fiet. filia
prudens hereditabitur uiro suo: nam que confundit in contumelia fit gemi
toris. Patrem et uirum confundit audax: et abumpus in minorabitur: ab
utrisque autem inhonorabitur. Musica autem in luctu importuna narratio:
flagella et doctrina in omni tempore sapia. Qui docet: quasi qui congluti
nat testa. Qui narrat uerbum in adtendenti: quasi qui excitat dormientem
de graui somno. Super mortuum plora defecit enim lux eius: et super fatuum
plora defecit enim sensus eius. Modicum plora super mortuum: quoniam requiuit.
Nequissimum enim nequissima uita super mortem fatui. Luctus mortui septem
dies: fatui autem et impii omnis dies uite illorum. Cum stulto non multum loqua
ris: et cum insensato ne abieris. Serua te abillo ut non molestiam habeas:
et non coinquinaberis peccato illius. Deflecte abillo et inuenies requiem: et non
accedas instultitiam illius. Super plumbum grauabitur: et quid illi aliud nom
quam fatuus. Harenam et sale et massam ferri facilius est portare: quam hominem
imprudentem et fatuum et impium. Loramentum ligneum colligatum funda
mento edificium non dissoluetur: sic et cor confirmatum incogitatione consilii:
Cogitatus insensati in omni tempore timoris non deprauabitur: sicut ornatus
hurenosus in puriete limpido: et sicut palee in excelsis et contra fine impen
sa posita contra faciem uenti non permanebunt: sic et cor timidum incogitatione